UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus De insula, do. Bar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

**Figura iſta** dirimit queſtionē magnam occurrentem de facto: ſtatuto cauebatur qđ qui per vim damnificauerat aliū de re valoris decem floren. auri, deberet morte puniri. Contigit, quod quidam ad domum alterius acceſſit, ⁊ vegetem vino plenā per vim effudit, ⁊ vegetē deſtruxit. ſola vna dogha remanſit, ⁊ de bonitate vini erat certum, ſed de quantitate erat dubium, hoc eſt, quante capacitatis eſſet veges, dico quod ex his que dicta ſunt ſupra in xiiij. figura, hoc poterit clare haberi hoc modo. Signetur illa rotūditas illius doghe in terra, vel in tabula, vt oſtendit linea nigra. a. b. conſtat enim, quod illa eſt pars rotunditatis totius vegetis, ſuper illam partem fiant ſigna ad diuidendum centrum: vt in illa xiiij. figura dictum eſt. ⁊ ducantur due linee, que ſe preſcindant, quod eſt centrum plene conſtat in punct. c. deinde pone pedem circuli immobilem in puncto. c. ⁊ extende vſq; ad lineam. a. b. ⁊ perficias circulum, vt oſtēdit circulus rubeus datus, dico quod de neceſſitate illa erit rotunditas vegetis. Sic igitur habes longitudinem ex dogha remanente rotūditate ex circulo quilibet communis Geometer ſciret dicere capacitatem, ⁊ ſi veges in medio eſſet largior, deficili ad equalitatem reducitur per menſores communis, vel demonſtratoris, vt videbis breuius in ſequenti figura, ⁊c.




**Iſta figura** facta eſt ad demonſtrandū idem, quod precedens, ſed breuius. Conſtat enim, quod dogha vegetis habet duas lineas circulares, ſcilicet interiorem. ⁊ exteriorem ⁊ interior eſt minor, ⁊ quelibet reſpicit vnū centrum. Item dogha vegetis habet duas lineas rectas, ſcilicet ab extremitate exteriori vſq; ad extremitatem interiorem. Sed duo pūcti exteriores illarum linearum magis diſtant ab inuicem, quam duo interiores, ⁊ ideo ſi dicte due linee protrahantur, neceſſariū eſt iungi, vt dictū eſt in prima figura, ſic ergo groſſities vniꝰ doghe, vel duarum, ſatis patet, vt oſtendunt linee. a. b. c. ab exteriori circulo, vſq; ad interiorem, deinde ducantur linee doghe recte ab vtraq; parte, ⁊ iungant ſe in puncto. b. d. ipſum enim. d. eſt centrum circuli interioris, ⁊ exterioris: voluas ergo circulariter, et habebis groſſitiem vegetis, ⁊c.

## Tractatus De inſula, do. Bar.

a **Poſt tractatum de** Alluuione, ſupereſt vt de inſula [a] videamus, de qua ſic ait lex, Inſula que in mari naſcitur quod raro accidit, occupantis fit, quando nullius eſſe creditur. ⁊ in flumine nata (quod frequenter accidit,) ſi quidem mediam partem fluminis tenet, communis fit eorū, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripā predia poſſidēt, pro modo latitudinis cuiuſq; predij que latitudo prope ripam ſit, quod ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum qui ab vna parte ripam poſſidēt predia, quod ſi vno latere prorupit flumen. ⁊ alia parte nouus riuus fluere ceperit deinde nouus iſte riuus in veterem ſe conuertit, ager, qui a duobus riuis comprehenſus in formam inſule redactus eſt, eius eſt, ſcilicet cuius ⁊ fuit. hec verba ſunt ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. inſula. Idem habetur modica verborum mutatione facta, Inſtit. de re. di. §. inſula. legis ergo verba ſingula diſcutiamus.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ De inſula. Dicit Feli. in c. Rodulphus. de reſcrip. qđ Bar. hic plene ponit de inſula, tamen vide Bald. in rubr. ff. de re. di. in verſi. nūc videamꝰ de inſula. vbi ponit etiā plene de inſula, quod alia eſt naturalis q̄ ſemp fuit: vt Corſica, ⁊ Sardinea, ⁊ ſimiles: alia caſualis ⁊ accidentalis que in flumine ſemper naſcitur, at in mari rariſſime: vt ibi per eum. ⁊ ibi ponit, an concedatur occupanti, ⁊ vide Alexan. l. j. in princ. ff. de acquir. poſſeſ. in ver. capio gl. in verb. mari. ⁊ ibi ponit de inſula nata in flumine, ⁊ Bar. Veron. in ſuo tract. de ſeruit. ruſtic. predio. in rubr. de itin. An autem ciuitas Venetiarum dicatur inſula, dic qđ non quia non habet ſpheram terre, ſed eſt fundata in alueo maris ⁊ nullus alueus appellatur inſula, vt patet inſti. de re. di. §. item per alluuionem, ⁊ ita in ſpecie conſuluit Bal. in conſi. cccc... in iij. vol. incip. quidam emerunt, ⁊ vide in conſi. ſequen. ⁊ ſequitur Iaſ. in l. ſi inſulam. ff. de verbo. obliga. ſcripſi plene in meo trac. de Venete vrbis libertate, ⁊ eiuſdem Imperij dignitate et priuilegijs, ⁊ in priuilegio xxxviij. in reſponſione. §. arg. quē dono dedi Sereniſſimo principi do. Andree Gritti, ⁊ excellen. cō ſi. x. a quibus Alex. filius meus dono habuit officium notariatus, ſupra conſulum in vita ſua.

¶ Singulorum verborum d. §. inſula. diſcuſſio.

**Inſula.** Eſt locus circūdatus aquis, qui cum deſinit circūdari, deſinit eſſe inſula, vt ff. de acqui. re. do. l. inſula. Vel aliter: Inſula dicitur domus in mari, que eſt quaſi inſula. Dicitur inſula quaſi in ſalo, id eſt, in ſalſo poſita, ſecundum Iſidorum. ita notat gl. in verb. inſulam. ff. de verb. obli. l. ſi inſula, cum ſimil.

**Que in mari.** Mare eſt collectio aquarū multarū ſalſarum. Proprie enim mare ab amaritudine dicit, ⁊ oportet quod cum magno contineatur. alias enim licet mare appellatur, mare non eſt; ſed magis ſtagnum, vel lacus, vt dicimus de mari Galilee, qđ in ſacra ſcriptura mare appellat, tamen ſtagnū ſiue lacus eſt, ⁊ tūc iuris priuati vel publici vt flumen eſt: vt prece. lib. dictū eſt. s. in verbo flumine.

**Naſcitur.** Naſci dicitur cum primo dicitur apparere.

a **Quod raro accidit.** [a] Raro accidere dicit. quod ſemel, vel bis extitiſſe memoria eſt, qđ vero plus euenit frequēter, accidiſſe dicimus: vt ff. de legib. l. nā ad ea. ⁊ ſeq. ⁊ hoc in his, que aliquem conſuetum ordinem in natura non habent, alias enim cum minus euenit quam ſit conſuetum ordine nature, raro eueniſſe dicimus: ſi plus ordine conſueto tūc frequēter. Raro enim pluiſſe dicimus iſto anno, ſi ſecundum conſuetudinem non pluit: ⁊ frequenter, ſi plus cōſuetudine. Facit ſupra de edil. edic. l. que his. Simile eſt in moribus: quia qui minus conſueto more ad forum vel ad eccleſiam vadit, raro ire dicitur: ſed ſi ſecundum conſuetudinem vadit, tunc moderate accedere, ſeu fieri dicimus. Facit ff. de contrahen. emp. l. ſiſtulas. in ſi.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Quod raro accidit. Scribit Euſeb. in lib. de temporibus, quod anno mundi ſecundo s. quintum milleſimū Olympiade cxlv. iuxta Theram apparuit inſula que vocatur Hiera. Item anno Chriſti xlvij. ⁊ Olympiade ccvj. inter Theram ⁊ Teraſiam exorta eſt inſula habens ſtadia xxx.

**Occupantis fit.** Occupare enim dicimus eum qui inſulam eo animo ingreditur, vt totam occupet nec eſt neceſſe, vt omnes glebas inſule circumambulet: vt ff. de acqui. poſſ. l. iij. in prin. ⁊ ſit eius iuris dominium, per rationem que ſequitur, ⁊c.

Iuriſdictionem

1 ¶ Iuriſdictionem habens in territorio mari coherenti, habet
etiam iuriſdictionem in mari vſque ad centum milliaria.
Inſula in mari nata dicitur illius prouincie vel iuriſdictionis
cui magis eſt propinqua.
2 Inſula in mari alto poſita, propinqua alteri inſule dicitur eius
iuriſdictionis ⁊ prouincie cuius eſt illa inſula.
Inſula Sardinie dicitur Italie.
3 Inſula nata in mari alto ⁊ non propinqua alicui loco vel inſu-
le erit occupantis quo ad dominium ⁊ iuriſdictionem Impe-
ratoris de iure ciuili, de iure gentium occupantis etiam quo ad
iuriſdictionem.
4 Inſula vel locus occupanti conceſſus ſi a pluribus occupatur
omnes totam dicuntur occupaſſe.
5 Plures ſi concurrant in vnum ad occupandum locum et qui-
libet per ſe vult occupare cuius erit locus.
6 Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata ſeu curreria
ſuper loco facta.
7 Conceſſo iure occupandi alicui ſi negligat occupare, amittit
ius ſuum.
8 Conceſſo territorio, ſpecialiter per ſuperiorem, quando conceſ-
ſio valeat.
9 Territorium an videatur occupatum ab eo qui in eo cum exer
citu ſtat vt ſtatim ſuum fiat.
10 Gentes exiſtentes in loco occupato, quibus legibus regentur.
11 Occupans locum ob delictum habitantium poteſt illorum bo-
na auferre ⁊ alteri dare.

## Nullius enim eſſe creditur.

Ex quo
enim ſequitur ergo occupantis ſit naturali ratione: vt ff. de acq rer. do.
1 l. ij. in princ. Licet autem nullius ſit iure dominij, tamen quo ad iu
riſdictionem alicuius ſit vt maleficia que ibi committuntur, poſ-
ſit punire ⁊ gentes que ad illum locum inhabitandum accede-
rent, poſſit ius dicere, dubitari poteſt. Ad quod videndum eſt
an qui habet iuriſdictionem in territorio coherenti mari habeat
in ipſo mari ⁊ quod vſque ad quod ſpatium. Et videtur quod non,
quia mare eſt commune omnibus. In contrarium eſt veritas,
imo ſicut preſes prouincie debet purgare prouinciam malis ho-
minibus per terram: vt ff. de offic. preſi. l. congruit. ita etiam per
aquam: vt ff. de claſ. l. vnic. lib. xj. Et hoc apparet quod etiam
a in mari [a] habet iuriſdictionem ⁊ in inſulis que ſunt in dicto ma
ri, multo magis. Inſule enim ille, que a prouincia modico ſpatio
diſtant, illius prouincie eſſe dicimus: vt ſunt inſule Italie ⁊ ff.
de verbor. ſignif. l. notionem. §. j. Modico autem ſpatio diſtare
puto, quando diſtant per centum miliaria, vicinus enim locus
dicitur. ff. de dam. infect. l. quarta. §. ſi tam vicinum, cui congruit
extra de reſcrip. c. nonnulli. vbi dicitur quod intra duas dietas
non dicitur locus remotus. Conſtat autem quod centum milia-
b ria per mare [b] minus eſt duabus dietis. Cum igitur ſit alterius
2 quo ad iuriſdictionem, non poteſt eſſe occupantis. Sed † ſi inſu
la eſſet in mari alto, vt a quolibet regione diſtans, tunc viden-
dum eſſet an poſſet dici propinqua alteri inſule vt dicantur no-
bis vicine, vel propinque: vt ff. de acqui. rer. do. l. pe. §. Paulus
reſpon. ⁊ eo. tit. l. inſula. ⁊ not. in ſi. per Azo. in ſumma Inſtit. de
rer. diui. Et ideo inſula Sardinie, Italie dicitur, licet ab Italia
magno ſpatio diſtet. ſed eſt propinqua inſule Corſice, que ab
3 Italia modicum diſtat. Secundum alios autem † ſi nec alicui re-
c gioni nec inſule alterius vicina eſt, tunc non poſſumus dicere [c]
quod aliquis in ea habeat iuriſdictionem niſi Imperator, qui
omnium dominus eſt, l. deprecatio. ad l. Rhod. de iact. Dico igi
tur quod talis inſula occupanti conceditur quo ad dominium.
Sed ſi quo ad iuriſdictionem ibi pro magiſtratu, vel rectore ſe
gereret abſque principis iuſſu incideret in lege Iulia maieſta-
tis: vt ff. ad legem Iul. maie. l. iij. in fin. ⁊ hoc ſecundum iura ciui-
lia, ſecundum vero iura gentium gens que dictam inſulam occuparet
faceret ſibi Regem: vt ff. de iuſti. ⁊ iure. l. ex hoc iure. ⁊ ille eos
manu regia regeret: vt ff. de origi. iur. l. ij. circa prin. ⁊ hoc obſeruan-
d dum eſſet inter eas gentes [d] que nec iure Romano nec aliquo
4 iure ciuili vtuntur. ¶ Sed quero † quid de inſulis, ⁊ locis alijs
que ab aliquibus gentibus habentur, ⁊ detinentur, tamen conce
duntur occupanti vt contingit aliquando: vt C. de hered. in au-
then. ſi vero dominus temporalis, ⁊ de ſta. contra liber. ec. §. ſi
vero dominus temporalis. Contingit etiam quandoque ex ſpe-
ciali conceſſione Pape, vel Principis, vel alterius iuriſdictio-
nem habentis. Reſpond. circa hoc multa videnda ſunt. Primo
ſciendum eſt, quod ſi vna terra a pluribus occupatur, non poteſt dici
quod quilibet per ſe occupauerit partem, ſed omnes totam ſi-
mul: vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. in fin. ⁊ de fur. l. vulgaris.
§. pen. oportet quod omnes in vnum occurrant, vt vnus Rex,
vel baro, vel vnus populus, vel plures ſimul ad vnum finem con
5 currunt. Quid ergo ſi plures in vnum concurrant, ⁊ quilibet vult
occupare per ſe, quis dicatur occupare? Reſpon. quandoque tra-
ctatur de occupatione iuris que fit ratione iuris priuati, ⁊ ad pri-
uatam vtilitatem, ⁊ iſtam materiam poſui in l. ſi pluribus. de lega.
primo. Quandoque tractatur de iure occupandi ad priuatam
vtilitatem ratione publici iuris, hoc eſt quod omnibus compe-
tit, vt in occupatione eorum que in nullius bonis ſunt, de quo
dixi in l. quo minus. ff. de flu. Sed quando tractatur de iure poc
cupandi ad vindictam publicam, ⁊ ſic principaliter permitti-
tur propter publicam vtilitatem, licet cedit ad priuatam vtilita-
tem occupantis, ⁊ iſta eſt materia, in qua leges dicunt quod
ante lit. non conteſta. ſi plures veniunt condemnandi iudicis eſt ele-
ctio, vt preferat idoneiorem. ff. de accu. l. ſi plures. de popu. act. l.
j. que leges proprie faciunt. Nam popularis actio fit ad publicam
vtilitatem principaliter, ſed illud quod exigitur fit actoris, l. ſi cui
ex empto. ff. de verborum ſignificatio. ſicut hic illud quod occu-
patur, eſt occupantis ante lit. conteſt. poſt lit. vero conteſt. non
admittunt, d. l. ſi cui. nunc in propoſito, ſicut in bello ciuili quod
fit in iudicio illud quod fit ante li. conte. dicitur preparatorium,
per lit. conteſt. incipiunt tractari merita cauſe: vt C. de lit. conte.
l. vnica. de procur. l. nulli. it in bello nauali omnia preparatoria
ſunt ante bellum inchoatum. Poſtquam vero quis cum exerci-
tu iuerit per illum cuius terram, quis vult occupare, dicitur res
inchoata. Si ergo plures domini vel populi prepararent ſe ad
idem poteſt ſuperior eligere vnum quem putauerit idoneiorem.
Iſta enim preparatoria non faciunt deſinere rem eſſe integram:
vt l. ſi pecunia. in princ. ff. de condictio. ob cau. licet ſit argumen.
contra ff. de pollicitationib. l. prima. §. cepiſſe. vbi dicitur, quod
propter preparatoria deſinit res eſſe integra, ſed alius eſt caſus
ibi. Sed poſtquam vnus cum exercitu ſuo iuerit ad occupan-
dum, alius de iure non poteſt ire, ius enim acquirendi illam ter-
ram iam eſt acquiſitum illi eunti, vt l. littus. de verborum ſigni
6 ficatio. Sed † quid ſi non iuerit aliquis dominus cum exerci-
tu, ſed aliquam caualcatam, ſeu currentiam fecit fieri ſuper illam
terram, an ex hoc videatur ius preoccupatum? Reſpon. non: ſi-
cut enim terram per dationem libelli, vel per reſponſionem ad
vnam poſitionem, vbi de negotio tractatur aliquid principiari
dicitur neque res dicitur cepta vt extra de lit. conteſt. c. j. ita per
vnam caualcatam vel currentiam non dicitur res cepta, ⁊ preoc-
cupata facta, ſed cum iuerit cum exercitu quo poterat terram ac-
quirere, ſecundum rei exigentiam, quod optime probatur ff. de
verbo. obligatio. l. continuus. §. item inſulam. poteſt ergo ſupe-
rior re integra concedere vni illud ius occupandi ⁊ hoc pluries
7 factum eſt a Papa. † Sed quid ſi ille, cui conceditur, negligat oc-
cupare, an ab illo iure cadat? Reſpon. ſic, ſi ſine iuſta cauſa diffe
rat: idem ſi iuit in exercitu, ⁊ eum poteſt facere, ſi ſine iuſta cauſa
receſſit illud amittit, vt ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. illud
queritur. ⁊ §. ſi quis metu. Et predicta vera, quando concedi-
8 tur ius occupandi. † Sed quid ſi ſuperior concedit ſpecialiter
ipſum territorium? Reſpondeo, ſi quidem loquatur de conceſſio
ne facta ab eo qui legibus non eſt ſubmiſſus, tunc ſi voluit, po-
tuit, ⁊ de eius poteſtate diſputandum non eſt. Quid autem vo-
luerit, ex modo concedendi apparet. Si vero concedens erat ſub
miſſus legibus, ⁊ tunc ſi quidem concedentis fuerint, poſſunt
concedi, ſicut multa, ⁊ infinita regna fuerunt conceſſa que fue-
runt populi Romani ⁊ multe terre que fuerunt a Chriſtianis re
gibus detente, ⁊ poſtea occupate tunc ille poſſunt concedi. Nam
adhuc concedens habet ius priuilegij, vt l. id quod. ⁊ l. ab omni-
bus. §. primo, de leg. primo. Si vero nunquam fuerunt conceden-
tis, ſed ſemper fuerunt hoſtium, non poſſunt concedi vt ff. de ver
borum obligationibus. l. liber homo, ⁊ vide quod ibi dixi. Sed
9 † an illud territorium in quo cum exercitu ſtat, videatur occu-
paſſe vt ſtatim ſuum fiat? Reſpon. aut cepit aliqua loca que poſ
ſunt retineri, etiam ſi totum territorium non capiatur forte, vel
aliqua caſtra, vel fortilicia, vel aliquam regionem intra montes
vel intra flumina ⁊ tunc illud ſuum efficitur. ſi vero non poſſit
illud retinere, niſi locum principalem capiat tunc ille locus in
quo eſt cum exercitu, non efficitur ſuus: quia ille ſuſtinendo, vel
preliando adhuc liberari poteſt, vnde non dicitur ille locus oc-
cupatus, argumen. ff. de acquiren. rerum dominio. l. in laqueum
10 Sed quero, † an ille gentes [e] que ſunt in illis locis, que occu-
e pantur, quibus legibus regentur, an legibus nouis illius Re-
gis vel populi qui occupauerunt eos an vero legibus eorum an
tiquis? Guliel. Cug. hoc tangit ff. de pign. actione l. ſi conuene-
rit. §. primo, ⁊ arguit, quod debent regi ſecundum leges que ſunt
in regno occupantis, quia videtur auctum regnum, ſicut dici-
mus in eo quod accreſcit per alluuionem, quod efficitur eiuſ-
dem iuris, cuius erat predium, cui adijcitur vt dictum eſt ſupra
in princip. lib. ſuper verbo noſtro. Pro hoc ff. de adminiſt. tuto.
l. quoties. §. fin. In contrarium videtur, quod non debeant con-
ſeruari ſtatuta regni, niſi appareat expreſſe quod Rex accepit

eo animo, vt ſibi vniret, ⁊ vnum regnum eſſet: quia talis acquiſi-
tio debet intelligi ſine preiudicio iuris aliorum: vt ff. ne quid in
loco publico. l. ij. §. merito. ⁊ §. ſi quis a principe. ⁊ pro hoc C. de
officio preto. Citri. in l. in nomine domini. §. fin. argum. C. de coll.
fun. pa. l. penult. lib. xj. ⁊ ſic concluditur quod regentur ſuo iure,
non iure regni. argu. ff. de lega. iij l. prediis. §. Titio. ⁊ de fun. in-
ſtru. l. Seie. §. Tyranne. Illud enim territorium intelligitur v-
nire cum ſuis iuribus. de pignor. actio. l. aliena res. de ſeruit. ruſt.
predio. l. via cõſtitui. §. ſi fundus. Iſta ſunt verba eius. Mihi vi-
detur dicendum, ſi quidem non conſtat de mente occupantis,
ſtandum eſt iuribus antiquis illius loci, quatenus boneſta ſunt,
per ea que dicta ſunt per Guliel. Si vero ille, qui occupauerit.
expreſſe vult illa iura, vel conſuetudinem mutare, an poſſit: Di-
co, aut ille locus fuit ſubmiſſus occupationi propter delictũ do-
mini, qui tunc illum locum tenebat, ⁊ tunc occupans acquirit
omne ius illius domini, ⁊ ſicut ille dominus primus poterat mu-
tare leges, ita ⁊ occupans. Aut propter delictum ſubditorum, ⁊
non domini, ⁊ tunc occupans poterit acquirere ius ſubditorũ, ⁊
ſicut ſubditi poterant mutare, ita ipſe occupans poterit. Aut
propter delictum commune, ⁊ ſuccedit occupans in ius vtriuſ-
que. Alteri autem qui in hoc non deliquit, nullum preiudicium
facit: vt expreſſe predicta[e] probantur in dicta authentica Fride-
rich. ſi vero dominus temporalis. C. de heret. Ex predictis au-
11 tem † apparet quod talis occupans bona eorum qui ibi habi-
tant, poſſit auferre, ⁊ alteri dare, quod verum eſt, quia poterit, ſi
ex eorum delicto talis occupatio facta fuit, alias ſecus. Et pre-
dicta in occupatoribus, q̃ ſunt inferiores a principe. Princeps
enim ſolutus eſt legibus, ⁊ omnia poteſt.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Quod etiam in mari. Vide Barto. in l. Ceſar. ff. de
publican. ⁊ ibi Alexan. de Imo, in additio. ⁊ vide Feli. in c. Ro-
dulphus. de reſcrip.
b ¶ Per mare. Not. q̃d dicit Bart. hic, quod quinquaginta mil-
liaria per mare ſunt minus quam vna dieta ad ea, que ponunt
docto. in c. nonnulli. de reſcrip. ⁊ in l. j. ff. ſi quis cautio. ⁊ adde, quod
iſtud dictum Bar. hic, alleg. Feli. in c. olim. de excep.
c ¶ Poſſumus dicere. Vide Feli. in c. Rodulphus de reſcrip. ⁊
vide omnino Pau. de Caſt. in l. inſule Italie. ff. de iudic.
d ¶ Inter eas gentes. Vide de iſta materia per Bald. in rub. ff.
de rer. diui. ⁊ Bar. Vero. in ſuo tractatu de ſeruitute ruſticorum
prediorum, in rub. de mari.
e ¶ Ille gentes. Vide Alex. plene in l. j. in princ. ff. de leg. j. ⁊ ibi
videre poteris plures concord. ⁊ plene per Feli. in cap. tranſla-
to. de conſtitu. ⁊ Ludouic. Roma. in conſi. ccxviij. incip. preſens
caſus duplicem habet dubitationem.

**In flumine nata.** Hec eſt ſecũda pars. Not.
quod trib⁹ modis inſulam
fieri contingit: vt ff. de acquiren. rer. domi. l. ergo. §. trib⁹ modis.
Primo, cũ circũdatur ager qui non erat alicuius, de quo loq̃tur
vltima pars preſentis relate legis. Secũdo, cũ alueũ dereliq̃t
ſiccũ ⁊ incipit fluere. Tertio cũ paulatim coalluendo locũ emi-
nẽtem fecit ſupra alueũ. Et aduertendũ eſt, quod dicit, nata, non
dicit naſcitura. Non igitur tempus cũ incipit apparere, inſpici-
mus, ſed tũc cũ opinione circũcolentiũ inſula incipit reputari.
arg. ff. de flu. l. Paul⁹. §. j. quod dicit lex eſſe natã, ſine dubio ver
eſt, ſi priore eſtate ſic ſteterit, ante enim poſſet dubitari, an ſit in-
ſula, an vero loc⁹ in medio qui propter ſiccitatem vacu⁹ reman-
ſit. Si vero eſtate priore ſic ſteterit, ſicut dicit, verũ dicit: arg. ff.
ne q̃d in flu. pub. l. ij. §. is aũt. Ad quod facit d. l. ergo. §. tribus.
verſic. duob⁹ poſteriorib⁹, ibi dũ dicit, cũ primũ extiterit, quod
perfectũ ſignificat, cũ ſit futurũ ſubiũctiui: vt l. j. §. hec aũt verba.
ff. quod quiſq; iur. de verborũ obligationib⁹. l. ſi q̃s ſtipulat⁹ ſit
Stichũ. ab eo vero tempore, ſi quid annuatim dicta inſula reci-
peret, iudicaretur ſecundum l. inſula. ff. de acquirendo rerũ do-
minio. Item dicit nata, ſcilicet caſu vel diuina poteſtate, non di-
cit facta manu hominis, ſi tamen ab homine facta eſſet, idem iu-
ris eſſet: vt ff. de acquirendo rerum dominio. l. penult. §. fina.
Et hoc facit ad queſtionem, cuius ſit Cluſa facta in flumine de
quo dixi in l. quo minus. ff. de flu. Itez dicit, nata, intellige quod
ſolo cohereat, ſi enim ſupra aquam ſtaret, vt quandoque accidit,
publica eſſet: vt ff. de acquiren. rer. dom. l. penult. §. j.

1 ☞ Frequenter accidere quid ſit.
2 Medium eſt quod conſiſtit inter duo extrema.
Extremitas principium ⁊ finis.
3 Caput ſeu principium alicuius rei vbi ſit, ⁊ quantum ſpatium
occupet. nu. 9.
Caput hominis habet tres proprietates, ſcilicet initium neruo-
rum pars honorabilior, ⁊ verſus celum erigitur.
Pes hominis tres proprietates habet.
4 Caput, ſeu principium, vel initium fluminis eſt, vnde flumen o-
riginem capit, ⁊ finis, vbi flumen terminatur.
5 Caput anni, tempus a quo incipit dicitur, finis a tempore quo
finitur.
6 Caput eccleſie vbi altare honorabilius.
Caput aule, vbi magis homines ſedere ſolent.
Caput ſchole, vbi cathedra poſita eſt: ⁊ ibi, de fine.
Ciuitas honorabilior caput prouincie.
7 Caput montis dicitur pars ſuperior eleuata, depreſſa appella-
tur pes.
8 Caput rei, dicitur locus per quem ingreditur ſi per oẽs par-
tes eſt ingreſſus, dicitur quod eſt verſus meridiem, pes verſus
ſeptentrionem. nu. 9.

1 **Quod frequenter accidit.** † Quid frequen-
ter accidere, dixi. s. in verbo raro, ſi quidem mediam partẽ flu-
minis teneat, quod gloſſ. exponit, id eſt, in medio fluminis eſt.
Quid autem ſit in medio eſſe, vel que ſit media pars alicuius
rei videamus. Interdum enim accipitur media pars, id eſt, di-
midia rei, facta diuiſione vnius rei in duas partes quelibet di-
citur dimidia: vt ff. de verbo. ſigniſi. l. nomen filiarũ. §. portione.
Ne ergo ſic ĩtelligatur, exponit gl. id eſt, in medio fluminis eſt.
Vt autem ceſſet dubitatio, melius poſſumus exponere. ſ. vt di-
uidatur tota latitudo fluminis in tres partes equales. Si ergo
inſula tenet illam partem fluminis que eſt in medio facta diui-
ſione in tres partes equales, tũc erit communis, vt litera dicit.
Videamus ergo q̃d eſt eſſe in medio, ⁊ que eſt media pars, q̃d
2 † ergo eſt medium: Reſpon. quod conſiſtit inter duo extrema
vt C. de iudi. au. ad hec. ff. de feriis. l. more Romano. ſi quis ius
dic. non obtẽ. l. vnica. §. j. facit in authent. in medio litis non fe-
ſacras iuſ. per totum: vt hic apparet, non ergo poteſt cognoſci
medium, niſi extremitates cognoſcamus. Extremitates vero
ſunt caput, ſeu principium, ⁊ finis. Alie autem extremitates di-
cuntur latera. De latere dicemus. j. de capite autem fine et me-
3 dio, hic dicamus, videlicet vbi dicatur eſſe, ⁊ quantum ſpatium
occupet, hoc aũt neceſſarium eſt. Sepe enim in ſtatutis fit men-
tio de capite alicuius rei videlicet ſi quid factum fuerit in capi-
te platee, vel fori vel in pede, vel in medio, ſoluantur decẽ. Item
in contractibus ſepe vidi vendi tot ſtadia terre in capite, vel in
fine fundi. Docet ergo Iuriſconſultus ſcire quid ſit, ⁊ quantum
duret alicuius rei caput, ſeu pes, ⁊ ſimilia. Alie vero extremita-
tes dicunt latera. De lateribus dicemus. j. de capite, fine, ⁊ me-
dio, hic dicamus, videlicet vbi dicitur eſſe, ⁊ quantum ſpatium
occupet. Caput aũt in homine habet duas aut tres ꝓprietates.
Primo, q2 inde omnes nerui initium capiunt, ⁊ ex hoc inſurgit
alia proprietas quia eſt honorabilior pars corporis: vt l. cum in
diuerſis. ff. de relig. Tertia proprietas eſt quod verſus celum e-
rigitur, ⁊ iſtud idem quandoque dicimus principium. Eodem
modo pes ſeu finis habet tres proprietates. Primo quia in il-
la parte finitur, ⁊ terminat corpus. Secundo, q2 eſt pars ignobi-
lior. Tertio, quia verſus terram iungitur, ⁊ totum corpus ſuſti-
net. Ab iſtis proprietatibus diuerſimode caput ⁊ pedem ſeu fi-
4 nem alicuius rei dicimus, primo † in flumine dicimus caput flu-
minis, vnde flumen originẽ capit, vt ſi ex fonte, ipſius, et ſi-
milia: vt ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. l. j. §. caput aque illud, ⁊ illud
etiam dicitur principium, ſeu initiũ: vt ibi dicitur, et eodem mo-
do pes ſeu finis fluminis dicitur locus vbi flumen terminatur,
⁊ finitur, quod eſt mare, in quod intrat, vel aliud flumen: vt ſi de
5 locis, ⁊ itin. pu. l. fin. de ſeruit. ruſticoꝝ predio. l. ſi. Eodem modo
dicimus in tempore, dicimus enim caput anni, tempus quo an-
nus incip. finis, tempus, quo terminat, vt in illo verſu, Annua ſi
debes, tunc inſpicies caput anni, ⁊c. vt not. ff. de adimen. legat. l.
6 j. ⁊ hec de prima proprietate. Secũdo contingit † quãq; aliqua
eſſe, in quibus locus a quo originem ſumunt, non poteſt appa-
rere, vt in ſuperficie vnius domus aule, eccleſie, ⁊ ſimilium, tunc
caput eccleſie eſt vbi eſt altare honorabile, ⁊ caput aule eſt lo-
cus, vbi magis homines conſueuerũt ſedere. ⁊ caput ſchole di-
cit vbi cathedra poſita eſt, pars vero illi oppoſita dicitur pes,
ſeu finis: arg. ff. de offic. proconſu. l. ſi in aliquam. ibi, prouincie ca-
put, ⁊c. Ciuitas enim honorabilior dicitur caput prouincie. Et
idem C. de ſumma trinitate ⁊ fid. cathol. epiſtola, inter claras. in
princip. ibi, caput eſt omnium eccleſiarum. Tertio contingit
7 † a tertia proprietatẽ caput dici vt ecce locus quidam eminens
eſt, ſeu montoſus. Partem enim ſuperiorem eleuatam appella-
mus caput, partem autem inferiorem depreſſam appellamus
pedem, ⁊ ſic capite, ⁊ pede, ⁊ in principio ⁊ in fine dicim⁹ arg. ff. de
aqua plu. arcen. l. i. §. final. Poſſet enim eſſe aliqua res in qua
8 † neutrũ iſtoꝝ concurret ⁊ tũc puto quod illi⁹ rei caput dicere-
tur

tur locus.per quem in illam rē ingredimur,iuxta illud, In ca-
pite libri ſcriptum eſt de te,appellat enim caput libri illam par
tem per quam ad ipſum librum legēdum ingredimur. Ad idem
qđ no.ff.ſol.ma.ſuper rub.ibi no.quod hic non eſt caput libri,
⁊c.ff.ad leg.Falc.l.querebatur.ſuper verb.tres partes,⁊c. Sed
poſſet contingere quod per omnes ipſius loci partes eſt ingreſ
ſus,⁊ tūc putarem caput illud dici ꝙ eſt verſus meridiem,⁊ pe-
dem quod eſt verſus ſeptentrionem:vt infra oſtendam. Videa-
9 mus† ergo q̄tum ſpatiū occupat caput,quantū pes, ſeu finis,
⁊ q̄tum medium. Ad quod dico quod punctus ſeu linea indiui
ſibilis que eſt in capite,poteſt dici caput,d.l.j.§.caput.de aqua
quotid.⁊ eſti.⁊ eodem modo pes medium dicetur ille punctus,
vel linea indiuiſibilis,que eſt in medio diſtans tantum ab vna
extremitate,quantum ab alia,⁊ ita intelligit hic gl.in verb.pro
ximior ſit.⁊ inſtitu.de rer.diui.§.inſula.in gloſ.in verb. mediam
partem. dum dicit,ꝙ hoc ſcilicet poterit ſciri ⁊ apparere acce-
pta chordula,⁊ facto puncto in medio,⁊c.quod ſatis placeret ſi
materia de qua tractatur hanc interpretationem paterētur: vt
ſi diceretur,a capite vſq; ad medium agri liceat Titio ire. In-
telligo a linea indiuiſibili que eſt in capite,vſq; ad lineam indi-
uiſibilē que eſt in medio,ſcđm predicta iura,ſed ſepe ſermo hāc
interpretationem non patitur. Quid enim ſi dicatur ſi quis in-
ueniatur per caput platee cum curru puniatur, vel vendo tibi
decem ſtadia terre in capite fundi:proculdubio de puncto, vel
linea indiuiſibili intelligi non poteſt,per illam enim non poteſt
iri,nec in ea poſſunt decem ſtadia terre eſſe,aliter ergo intelligē
dum eſt de quo tetigi.ff.de fur.l.tertia,prout vero dico quādo-
que extremitates ſunt diſtincte,⁊ limitate,tunc vna dicitur ca-
put,ſeu principium,alia dicitur pes,ſeu finis,⁊ quicquid eſt in
tra illas duas extremitates dicitur medium,vt ff.de ſer.vrb.pre
di.l.ſi edes mee ibi,aut medius mons.⁊ de ſerui.ruſtic.predio.l.
tria predia.ibi,per medium fundum,⁊c.⁊ de ferijs.l.more.ibi C.
de iud.aut.ad hec,cum multis ſimil. Quandoque extremitates
non ſunt diſtincte, ⁊ puto quod totus ille locus diuidi debeat
in tres partes equales,vnde illa que erit ſecunda, dicetur me-
dium,vt hic ſecundum lect.quam tenui cui applaudet commu-
nis vſus loquendi,⁊ intelligendi. Tertia dicitur finis. Quando
que contingit quod locus,de quo agitur,habet multas diſtin-
ctas partes,tamen in diſpoſitione accipitur, vt totum , vt ecce
planus Tyberis eſt diſtinctus per media multorum, ſed in ſta
tutis dicitur quod ſi aliquid fuit factum in capite plani Tybe
ris,vel medio,vel fine,tunc enim conſideratur per ſtatutū illud
vt vnum totum integrum,ideo eſſet facienda diuiſio in tres par
tes,vt dixi. Sed quero quando vendo decem ſtadia terre a ca-
pite,vel a pede,vel in medio,qualiter fiet diuiſio,⁊ vtruz certus
locus videatur venditus,vel iunctus,dicam in ſequen.lib.in fi-
gura.

1 ☞ Inſula in flumine communi nata communiter acquiritur iu
re dominij non poſſeſſionis,niſi apprehendatur.
2 Inſula qualiter communiter diuidatur.
3 Inſula parua,vſus eius publicus eſt:ſi magna,ripe tantū ſunt
in vſu publico.

1 **Communis fiat eorum.** Intelligo †
cōem iure do
minij. Non enim iure poſſeſſionis. Cum enim ſeparata ſit inſula
a primo fundo per poſſeſſionem primi fundi illa nō videtur poſ
ſideri,niſi apprehendatur,vt infra ſequitur ibi,qđ ſi alteri par-
ti proximior,⁊c.⁊ ff.de acquirend.poſſeſſio.l.tertia.in princip.in
gloſſ.ſuper verbo,quamlibet.debet ergo poſt apprehendi,argu
men.ff.de acquirend.poſſeſ.l.cum heres. Item quod dicit, com-
2 munis† fiat,intellige ꝙ equali parte,ſcilicet ſi mediam partem
fluminis tenet,⁊ ripe que eſſent ab vtraq; parte recte. Item ra
tione propinquitatis media cedit vni,⁊ medietas alteri,ſed ſi in
ſula eſſet plus verſus vnam partem,quam verſus aliam,illa tā
tum pars inſule que vni parti propinqua eſt,illius fundi eſt. ⁊
illa que magis propinqua eſt alteri, cedit alteri, quatenus er-
go cui que propinquior illi cedit.ff.de acqui.rer.do.l.ergo.§.tri
bus ibi,cuius ager proprior fuerat,qđ ergo dicit ei agro cedit
qui propinquior eſt,intellige,id eſt,quatenus propinquior eſt,
vt ff.de lega.j.l.Stichum qui meus erit.cui congruit qđ in ſeq.
cap.de alueo dicitur,quod iure propinquitatis cedit eis,qui ab
vtraque parte poſſident,⁊ ſic apparet qđ diuiſio communis eſt.
Hoc etiam declarat gl.hic in verb.proximior.⁊ inſtit.de rer.di.
§.inſula.in glo.in verb.mediam partem.prout dicit de puncto
in medio chorde poſito. Ex quo apparet qđ quantum propin-
quior eſt eatenus cedit. Lineam aūt diuidentem per mediū ita
qđ quicquid excedit circa lineā ſit propinquius illi qui hʒ pre
diū citra flumē,⁊ quicquid eſt vltra lineā eſt propinquius ei q
habet vltra flumē,⁊ hoc eſt difficile,vtile, ⁊ neceſſarium , iō hoc
3 demonſtrabo per caſus,⁊ figuras quas j.ſubdam.† Itē hoc qđ
dicit qđ eſt vſus communis,intellige iure dominij,vſus aūt in-
ſule eſt publicus ſicut riparum,vt ff.de acqui.rer.do.l.pen.§.j.
hoc intelligo ſi inſula eſt parua,ita qđ tota poſſit dici ripa,vel ri
pe cedere propter arctationem aque,vt ff.de flu.l.pen. Sed ſi in
ſula eſſet magna,ita quod in ea eſſent predia culta,puto ſoluʒ ri
pas eſſe in vſu publico, non predia eadem ratione qua cetera
predia. Item predicta vera,niſi eſſent agri limitati,vt ff.de flu.l.
j.§.inſula.

1 ☞ Dictio vterque,diſtributiua duorum tantum , ⁊ quandoq;
inter plura ponitur.
2 Inſula que eſt in medio,⁊ ab vno latere ſit ager limitatus.vel ce
meterium,an alteri tota acquiratur.

**Qui ab vtraq; parte fluminis**
De duabus loquitur,que ſunt fluminis latera.hec enim dictio
1 vterq;,† diſtributiua eſt duorum tantum, licet quandoq; inter
plura ponatur,vt C.de fur.l.ancille.de verb.oblig.l.continuus.
§.item qui inſulam. ⁊ ideo ſi contingeret flumen ita currere qđ
tria latera prediorum reſpiceret,inſula deberet inter eos diuidi
iure vicinitatis tangentis,vt j.in figuris declarabitur. Sed qd
2 ſi ab† vna parte eſſent predia limitata,quibus nō poſſumus vti
quaſi inſula.vt ff.de acqui.rer.do.l.in agris.⁊ de flumini.l.j.§.ſi
inſula,vel forte cemeterium alicuius eccleſie,cui non pōt queri,
vt dictum eſt ſupra in precedē.lib.an tota inſula erit eiꝰ qui pre
dia habet ab vna parte. Videtur qđ non.q2 inſula defertur vtri
que pro diuiſo,ergo nō eſt locus iuri accreſcēdi,vt vnus capiat
quod alteri non acquiritur,vt ff.de vſufr.accreſcen.l.j.in princ.
Preterea ſi eſſet veruʒ,quod vno reiecto alijs acquiritur, male
diceret tex.in d.l.j.§. inſula.vbi dicitur,quod in nullius bonis
eſt inſula,qū predia ab vtraque parte ſunt limitata,quare inſu
la erit aliorum prediorum que magis prope ripam eſſent. Con-
trarium puto. Pro cuius euidentia ſciendum eſt,quod ius acq
ſitionis per alluuionem,de qua dictum eſt in preceden.lib.fit ra
tione contiguitatis,⁊ adherētie:⁊ ideo potentius eſt ius acqui
rendi ratione vicinitatis de quo hic dicitur,vt patet.ff.de acq
rendo rerum dominio.l.inſula.vbi illa que alluuio addiderit in-
ſule querentur ipſi inſule,non autem ei qui ab vtraq; parte pre
dia poſſidet:q2 predia limitata alijs prohibentur queri.d.§. in-
ſul.ſed ſi cui alteri ratione vicinitatis vna particula inſule qua
ſi deberet totum additum quod prohibetur alijs quaſi ſibi acq
reretur iure cuiuſdam alluuionis,⁊ adherētie,qđ probatur: q2
incrementum poſtea obueniens ſibi quereretur.d.l.inſula.ergo
multo magis illud incrementum quod ſua particula ſimul que
portio vacans tēpore quo portio noſtra mihi quereret, fortiori
iuri accreſcit quam illa que ex poſt facto incipit vacare,vt ff. de
acquir.heredita.l.ſi duo.coniuncta.l.ſi minor.⁊ l.cum heredita
te.eodem titulo. Nec obſtat ff.de vſufr.accreſc.l.prima.in prin-
cipio:quia ſeparatum eſt illud ius accreſcendi ab iſto.hic enim
ſemper fit acquiſitio certe parti diuiſe, ⁊ de cetera parte accre-
ſcente.

**Prope ripam predia poſſidēt.**
Prope ripā poſſidere intelligo,quod predia ſunt ipſi ripe con
iuncta,vel forte ſi diſtant mediante via,vt l. Martius.de acqui.
rer.dom.⁊ dixi ſ.in preceden.lib.⁊ quod dicit poſſident intelligo
quo precedenti,⁊ eodem iure acquiratur inſula,vt in preceden-
ti libro dictum eſt.

**Pro modo latitudinis** cuiuſque pre-
dij. Hoc decla
ratur per Iuriſconſultum.ff.de acqui.rer.do.l.inter eos.vcʒ,vt
q̄ta eſt latitudo predij iuxta ripam eatenus linea per directum
protendatur. Circa que multa dubia occurrunt que determina
ta ſunt in figuris preceden.lib.ſicut cuʒ diuiditur alluuio inter
eos,qui ab vtraq; parte predia poſſident. Ita illa pars inſule,
que cedit predijs que ſunt ab vna parte debet diuidi.

**Que latitudo ꝑpe ripaʒ ſit.** Si er-
go fi-
nis agri iuxta ripā eſt largus,⁊ predium poſtea in ſe arctetur,
vel econtra ſolum latitudo que eſt iuxta ripam.attendit̄,⁊ ſm il
lam debet duci linea recta vt in precedenti lib.dictum eſt,⁊c.

**Quod ſi alteri parti proximior.**
Quod qualiter appareat.h.t.gl.accepta chordula,⁊ pūcto po-
ſito in medio,vt hic dicit gl.in verb.proximior ſit.⁊ inſti.de rer.
diui.§.inſula. in verb.mediam partem.⁊ quod dicit proximior,
intelligo,quatenus proximior eſt illa pars,que vni parti flumi
nis proximior eſt eorum tantum eſt,qui ab vna parte poſſident
predia,⁊ eorum eſt eo iure quo predia ſunt eorum,vt dictuʒ eſt.

1 ❧ Latera ſunt ſex.
2 Surſum dicitur totus motus a parte inferiori verſus ſuperiorem.
Deorſum, a parte ſuperiori, verſus inferiorem.
3 Pars ſuperior, ⁊ inferior denominantur per caput, ⁊ pedes, per aduerbia localia ſurſum, ⁊ deorſu͡z, per prepoſitiones ſupra ⁊ infra, vel ſuper, vel ſubtus.
4 Ante ⁊ retro proprie cadit in animalibus.
5 Ante, ⁊ retro, appoſita ad denotandum tempus̄ qualiter intelligantur.
Tempus eſt quedam fluxibilitas, ⁊ curſus.
Ante, ⁊ poſt, poſita cum caſu ſunt prepoſitiones, ſine caſu, aduerbia.
6 Ante, ⁊ poſt, poſita circa locum quomodo intelligantur.
7 Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, vel ſit in via magis honorabili.
8 Dextra proprie cadit in animalibus ſe mouentibus, improprie in alijs rebus.
Dextra, vel ſiniſtra domus, vel agri, quomodo capiatur.
9 Dextra, vel ſiniſtra fluminis, qualiter cognoſcatur.
10 Superficies terre, dicitur facies terre, que erga celum reſpicit.
11 Celum habet dexteram, que eſt Oriens, ⁊ ſiniſtram Occidens, Orbis caput eſt in meridie. pes in ſeptentrione.

1 **Quod ſi vno latere.** Latera † autē ſex reperiuntur. ſcilicet ſurſum, deorſum, ante, ⁊ retro, dextrū, ⁊ ſiniſtrum, de quibus in cōtractibus, ⁊ alijs diſpoſitionibus ſepe fit mentio, vt vendo, vel lego decem ſtadia terre ex parte ſuperiori, vel inferiori, ex parte anteriori, vel poſteriori, ex parte dextra, vel ſiniſtra. Ideo quid predicta vocabula importent diſcutiamus. Surſum quidā appellant illam partē que eſt ſupra reſpiciēs celum, deorſum illam partem, que eſt infra reſpiciens terram, licet hoc modo loquen-
2 di non vtamur, ſed ſurſum † appellamus totum ipſum motum a parte inferiori, verſus ſuperiorem, ⁊ deorſum totum a parte ſuperiori verſus inferiorem, ⁊ hoc ſiue ſit motus localis, ſiue intellectualis de gradu in gradum aſcendendo, vel deſcendendo. ff. de gra. l. Iuriſconſultus. §. at quoties. ⁊ §. tranſgrediamur.
3 Dico ergo † quod pars ſuperior, ⁊ inferior denominatur primo per noīa, vt caput ⁊ pes principium, ⁊ finis: vt ſupra dictu͡z eſt, ſuper verſicul. ſi quod partem. Secundo denominatur per aduerbia localia ſurſum, ⁊ deorſum, ſed illud improprie, vt dixi. Tertio denominatur per prepoſitiones: vt ſupra ⁊ infra, vt ff. vti poſſi. l. ſi duo. §. Labeo. ⁊ de aqua pluuia. arcen. l. ſuper iter. de arb. ced. l. j. §. j. Quarto per noīa adiectiua deriuata ab iſtis prepoſitionibus, vt pars ſuperior ⁊ inferior. l. j. §. final. de aqua pluuia. arcenda. Quinto, per alias prepoſitiones, ſcilicet ſuper ⁊ ſubter, vt ibi, ſuper cathedrā Moyſi ſederūt Scribe ⁊ Phariſei. vt extra de ſepul. capitul. dudum a Bonifacio. in Clemen. vel verius dicendum eſt quod nunquam dicte partes denotantur, niſi per nomina ſupra dicta, ⁊ etiam per aduerbia. Nam ſu-
4 pra ⁊ infra, a ſuper ⁊ ſubtus, ſi adijcitur caſuali. tunc eſt prepoſitio, nec importat illam partem rei, de qua querimus, ſcilicet aliquam aliam rem eſſe. s. ⁊ j. illam, vt s. domum tuam vel fundum tuum pendet arbor, ⁊c. non ſignificatur ſuperior vel inferior pars rei, ſcilicet arbore͡z ſupra rem exiſtere: ſed ſolum denotatur exiſtentia ipſius arboris, ⁊ idem in omnibus legibus ſupra ad hoc allegatis. Sed ſi dicte dictiones ponerentur ſine caſu, vt vēdo tibi dece͡z ſtadia terre ab ea parte que eſt ſupra vel infra, tūc non ſunt prepoſitiones, ſed aduerbia loci ſecundū Priſcianum in maiori tractatu de prepoſitionibus. tunc ergo idem eſt dicere, quod a parte inferiori, vel ſuperiori que pars que ſit, ⁊ quantum duret, dixi ſupra dum dixi de capite ⁊ pede. Vidēdum eſt
4 de ante, ⁊ retro. † Circa quod ſciendum eſt qd Ariſto. in ſecundo de celo ⁊ mūdo, dicit quod ante ⁊ retro proprie eſt in animalibus. Appellamus enim illam partem ante, in qua principaliter ſunt ſenſus, ⁊ ſic ex facie hoc iudicatur. In alijs vero que carent ſenſibus, dicta vocabula non cadunt proprie, ſed per ſimi-
5 litudinem quandam. Ad quod aduertendum ꝙ † ante ⁊ retro quandoq͡z apponitur ad denotandum tempus, quandoq͡z apponitur ad denotandū locum. Circa tempus eſt ſciendū ꝙ tempus eſt quedam fluxibilitas. de tempore enim nō habemus niſi inſtans, quod enim preterijt. eſſe deſijt, ꝙ vero futurum eſt, non dum fuit. Dico ergo in inſtanti, in quo ſumus recte loquendo tempus qd preterijt appellamus retro, ⁊ per conſequens ꝙ futurum eſt. dicitur ante, vt in prima conſtitutione Cod. in princ. ibi, retro principibus. ff. de cap. ⁊ poſtli. reuer. l. retro. ad legem aquil. l. ait lex. ibi, retrorſum. de regu. iur. c. ratihabitionē retro trahi, ⁊c. cum ſim. lib. vj. Huius ratio eſt: quia (vt dixi) tempus eſt quedam fluxibilitas, ⁊ quida͡z curſus, ⁊ homines cetera animalia carentia ratione, quod in curſu preteritum eſt, haben[t] retro, ꝙ vero futurum eſt habent ante. Ad iſtam ſimilitudine͡z dicimus iſta, ſcilicet ꝙ de tempore habemus inſtās, illud quod preterit habemus retro, qd futurum habere dicimus. illud qd preterit eſſe ante, quod futurum eſt eſſe poſtea, vt C. de arb. l. cū ante. de bo. dam. l. ſi quis poſthac. ff. de acquiren. poſſeſ. l. ſi quis ante. tunc enī ſimilitudo ſic procedit, quaſi curſor in certa parte itineris ſe reuoluat ⁊ remoueat: tūc enī illa pars que incedendo erit retro, incipit eſſe ante econuerſo. proprie igitur locutio eſt precedens. ⁊ quia ibi illa reuolutione non egemus. Per hanc igitur dictionem ante, poteſt ſignificari tempus preteritū ⁊ futurum, quod ex verbo apparet, cui adijcitur, quod ſi eſt preteritum ſignificat futurum. S͡z hic poteſt occurrere dubitatio ponē ſic, Reperi ſcriptum in aliqua diſpoſitione, Si quis ante aliquem dixerit aliquid vel fecerit, ⁊c. quō intelligitur hoc verbu͡z ante: hoc enim verbum fecerit, reperitur in futuro ſubiunctiui ⁊ in preterito. Sed qualiter debemus aſſumere, dixi in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. ⁊ iur. dum tractaui de interpretatione ſtatutorū, dixi etiam de condi. ⁊ demon. l. ſolemus. ⁊ predicta cū reſpectu preſentis loquimur de tēpore preterito, ⁊ futuro. Quādoq͡z tamē in preſenti loquimur de tēpore preſenti, ⁊ poſt reſpectu alicuius temporis futuri vel preteriti. Reſpectu futuri, vt ecce, ꝓmittis facere vel dare ante paſcha, vel poſt paſcha. ⁊ iſta locutio recta eſt, vt ff. de verb. oblig. l. qui ante calendas. ⁊ l. cum qui ita. §. qui ita ſtipulatur. cū ſi. ⁊ procedat ſimilitudo ſic. Pone curſorē ī medio plani videre turrim recte dicit totum ſpatium ꝙ eſt inter ſe, ⁊ turri͡z eſſe ante turrim: quia ante oculos eius eſt, ⁊ etiam ante illā partem turris, que primo eius aſpectui preſentatur, ⁊ ſicut latus oppoſitum illi turri quo ad eū dicitur retro ſeu poſt, vt j. dicetur, ita totum quod, ille latere poſteriori reſpicit dicitur poſt, ⁊ ita ꝓprie dicim⁹ ex conſuetudine. reperimus enim paſcha futurum in medio, nunc ergo vſq͡z ad paſcha dicitur ante, vltra dicitur poſt, vt dictis legibus, Sicut etiam dicimus reſpectu preteriti tēporis, vt ecce ante paſcha preteritum factum dicimus ꝙ preterijt, quod ſecutum eſt, dicimus factum poſt paſcha, vt l. huiuſmodi ſtipulatio iterpoſita. ⁊ d. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. obl. cum ſimili. ⁊ tunc ꝓcedit ſimilitudo ſicut in illo paſchate, homo ſtās retroſſe voluiſſet vt dixi. Proprius ergo diceret a paſchate retro, ⁊ a paſchate ante, venit in precedenti locutione dicimus ante paſcha, id eſt primo qua͡z paſcha ſit, ⁊ ita vtimur. Predicta verba ante, ⁊ poſt, ſi ponantur cū caſu, ſunt prepoſitiones, ſi ſine, ſunt aduerbia tēporis vel loci. ⁊ ſi-
6 gnificant tempus vel locū. Circa vero locum ſciēdum eſt, † qd quedā ſunt loca eminentia, quedā depreſſa, ⁊ plana. In eminentibus, ſicut ſunt domus, ⁊c. edificia, mōtes ⁊ colles, dicimus ante ⁊ poſt. In domibus aūt dicimus partē ante illam eſſe que eſt iuxta viam, per quam ingredimur domum, vt ff. de via publi. l. j. §. fin. ibi, ante ergaſteria. ⁊ communi diuidū. l. arbor. §. de veſtibulo. vbi gl. exponit, ꝙ veſtibulū eſt locus ante oſtium per quē quis habeat aditū. pars illi oppoſita dicitur poſt, vt ff. de ſerui. vrban. predi. l. quidā Iberus. ibi poſt horrea, ⁊ dicitur poſt, illa pars que eſt oppoſita illi parti, que eſt ante plateam, ⁊ ſic etiam vtimur, ⁊ loquimur, ⁊ hoc ſcd͞m ſimilitudinem precedētem. na͡z (vt dictū eſt) pars anterior in animalibus dicitur illa, in qua
7 eſt facies, ⁊ facies domus dicitur † illa, que iuxta viā nobiſcū ſe dicitur, vt in locutione vulgari vtimur, ⁊ ij. Machab. iiij. capitulo circa fi. dicitur, Ornauerūt faciem tēpli coronis aureis. Sic enim dicim⁹ facies operis. ff. de no. ope. nun. l. ſtipulatio. quis ⁊ alibi priſtinam faciē edibus reddat, vt ff. loca. l. ſed addes. §. ſi inquilinus oſtium. Sicut igitur illa pars dicitur facies, ita dicitur pars anterior, ⁊ pars ſibi oppoſita dicitur poſterior. Sed ſi domus a pluribus partibus eſſet circundata vijs per illam excellentiam diceremus faciem que magis in honorabili via eſt. Et ſi vtraque eſſet equaliter honorabilis, illa dicitur facies, per quam ingredimur, vt ff. de leg. iij. l. predijs. §. balneas. de dam. in fec. l. quod cōclaue. Predicta vera, niſi conſuetudo loquendi aliquid opponeret. In locis vero depreſſis, ⁊ planis, in quibus nō videmus ſuperficiem ſuperiorem. nō eſt dare partem, que dicatur ante ⁊ poſt reſpectu ſui, ſed reſpectu noſtri. Exiſtēs, enim in fundo, recte poteſt dicere aliquam partē eſſe ante eum, aliqua͡z poſt eū, vt de tēpore dicimus. In montibus etiam appellamus ante illam partē, que nos reſpicit, quaſi faciem partē illi oppoſitam appellamus poſt. ⁊ ſic illa pars, que quo ad nos ſcd͞m noſtrum aſpectū, eſt ante, ſecūdum aſpectū aliorum dicitur poſt. ⁊ ſic cōſiderandus eſt locus, in quo verba proferūtur, nō nunquā tamen ex parte montis eſt aſpectus, ita notabilis, vt ſi reſpiciat aliquam ciuitatē notabilem, ꝙ ſemper illa pars dicitur ante, reliqua vero poſt: hec autem ſecundum conſuetudinē circuncolentium intelligēda ſunt. Dextra, ⁊ ſiniſtra ſecūdum † Ariſto. in ij.
8 libro de celo, ⁊ mūdo, proprie cadit in animalibus: quia dextra eſt principium motus, ſiniſtra eſt terminus: ⁊ ideo cōmuniter contingit

tingit qd incipiens ambulare incipit cum pede dextro, vel inci piens aliquid agere incipit cū manu dextra, niſi ſit ſiniſter, vt ff. de edil.edic.l.q ctauū.§.itē ſciēdum. Jn iſtis ergo rebus, que nō mouentur improprie loquimur. Appellamus enim dextram, ꝛ ſiniſtrā quandoqꝫ reſpectu noſtri. Si enim diceremus vēdo tibi decem ſtadia terre a parte dextra eundo ab hinc verſus Florē tiā, tunc clarus eſſet ſermo, de illa parte intelligendū eſt que no bis eūtibus eſt a latere noſtro dextro. Si vero ad perſonā non habeatur reſpectus, ſed ſimpliciter dicaꝶ a latere dextro, vel ſi niſtro rei, tunc ſiquidem illa res eſt eminens, ꝛ eleuata vt domꝰ ita ꝙ eam dicimus habere faciem, aperte inueniꝶ dextera, ꝛ ſini ſtra: finge enim vnum hominem ſtantē rectum, ꝛ voluentē faciē ſuā verſus illū locum, quem voluit, domus tūc illa pars, que illi homini ſic imaginato opponereꝶ, diceretur dextra vel ſiniſtra, ꝛ dicetur illa domus eſt dextra, vel ſiniſtra, hoc probaꝶ expreſſe Ezech.xlvj.c.in fi. vbi ſic ait, Facies domus reſpiciebat ad oriē tem, aque aūt deſcendebāt in latus tēpli dextrū ad meridiē, ꝛc. vnde ſimilitudo hominis eſt, qꝛ facies hominis reſpicit oriētē,
, latus enim dextrū eſt meridies. Si vero nō † eſſet corpus ita le uatū, tunc ſiquidē locus ille habet caput, ꝛ pedes, ſcd̄m qd ſ. di ximus, neceſſario per eandē ſimilitudinem dabimus ei dextrā, ꝛ ſiniſtrā. Exemplū in flumine, fingamus hoiem iacentē in flumi ne tenentē caput vbi eſt caput fluminis, pedes vero vbi eſt pes, vel finis fluminis, faciē aūt verſus celū, tūc ſtatim dextra ꝛ ſini ſtra pars fluminis cognoſciꝶ, ꝛ ita loquiꝶ text. ff. cōmu. pred. l. re fectionis. §. fi. ſic etiam in alijs locis, que caput, ꝛ pedes habent fingas hoiem ſic iacere, pſtratū, tūc dextrā, ꝛ ſiniſtrā cognoſces: ſꝫ ſi diciꝶ, cognoſcaꝶ cur caput, ꝛ pedes in tali parte fingantur. Sꝫ cur facies verſus celū reuoluta ponaꝶ, vellez doceri: ſi enim faciē verſus terrā voluit, dicamus tunc partē ꝙ primo dicebaꝫ
